



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

II. Quid sit Dominium, quotplex, & in queisnam personis reperiatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

cta & quasi delicta, quæ commutations inioluntariæ censentur.

7. Quid est iniustitia? Violatio alieni iuris. Quisnam ^{§. 2.} Iniuria. modis alteri sit iniuria? Duobus. Primo commissione; secundò omissione. Injustus est qui sciens, & volens iniustum facit: iniuriam non patitur nisi nolens. Nemo sibi, propriè loquendo, iniuriam facit; & potest quis iniuriam, iniustumve facere, & non esse qui iniuria afficiatur.

C A P V T I I.

Quid sit Dominium, quotplex, & in quisnam personis reperiatur.

8. **Q**uid est Dominium? Ius perfectè disponendi de re corporali, nisi lex obstat: vel conuentio prohibeat. Eius titulus est radix & origo, vnde dominium oritur.

9. **Q**uotplex dominium, & dominij titulus? Titulus quidem dominij duplex est, verus scilicet, & præsumptus sive coloratus. Dominium autem triplex est. Primum iurisdictionis. Secundum plenum ~~& non plenum~~. Tertium directum, & utile.

10. **Q**uisnam in personis dominium reperitur? Solæ ies rationales capaces dominij sunt, ut Deus, Angeli respectu suorum operationum, homines etiam pueri, & peccatores. *Filiifamilias?* De peculio castrensi, vel quasi castrensi dominium habent; de aduentitio directum tantum, de profectitio nullum. *Serui?* Non habent dominium absque consensu domini in quibusdam casibus habent.

11. **Q**uid de dominio Clericorum? Eorum bona triplicia, patrimonialia, quasi patrimonialia, & ex re Ecclesiastica. De primis duobus verum dominium habent. De Ecclesiasticis quoad redditus, domini sunt, etiam eius partis, quæ congruæ sustentationi superest, sed obligantur sub mortalis peccati reatu eam in pia opera expendere secundum tutiorem sententiam.

12. **R**egulares capaces ne dominij sunt? Professi minimè. Scio eos, qui beneficiarij sunt, in piis causas fructus posse dispensare. Porro Superioris Regulares habent bonorum Religionis administrationem: rerum tamē stabilium administrationem concedere non possunt, nisi officialibus, ex Trident.

13. *Hoc*

332 *Moralis Theologiae Tract. III. Iustitia,*

13. *Homo quidnam dominum habet?* Rerum inferiorum dominus est; non quidem naturaliter alteius dominus, sed iure gentium. Nec suæ vitæ est dominus; honoris verò, & famæ dominum habet.

CAPUT III.

*De modo acquirendi dominium rerum rationabilium,
& irrationalium.*

§. 1. 14. *Votnam modis hominum dominium acquiritur?* Quia
Dominij tuor, iure belli, iusta condemnatione, per emptionem & venditionem, & nativitatem. Porro capti in bello iudicato-
acquirē- stè fugere possunt, si bellum iniustum fuerit. Capti iure belli
ratio- etiam possunt fugere rectè ad suos, iure postlimini. Ius do-
nabilitiū minorum se extendit ad omnes seruorum operas, non ad vi-
modus. tiam, nec mutilationem.

ad fidem
conversus

15. *Quot modis quis potest à servitute liberari?* Nouem.
Manumissione. 2. Alimentorum negatione. 3. Si ancilla ad
fornicationem cogatur. 4. Seruus Iudei aut Pagani, seu Ha-
retici liber est. 5. Mancipium à Iudeo circumcisum fit libe-
rum. 6. Solitus suam ancillam habens concubinam usque ad
mortem, & de ea nil statuens liberam facit. 7. Serua fit libe-
ra, si eam dominus tradit libero ignorantii eius servitutem. 8.
Eadem est ratio, si quis seruum suum heredem instituat, vel
tutorem relinquat filio suo. 9. Seruus denique adoptione à
servitute liberatur.

§. 2. 16. *Quanam res sub dominium veniunt primo occupantibus?* Primo feræ nisi sua natura mansuetæ sint. Quæ vero man-
suefieri solent, tandem manent sub potestate dominorum,
acquirē- di irrationalium rationabiliū. quando consuetudinem habent ex libera vagatione redeun-
di. Feræ domino carentes sunt primo occupantis; tandem
autem retinetur eorum dominium, quando sub nostra cu-
stodia sunt. Ab uno percussa, & ab altero capta. Dividenda est
si percutiens causa fuit, ut aliis capiat. *Quid de venatione?*
In publicis locis potest prohiberi in quibusdam casibus; re-
seruans autem ius venandi caueat damna. Clericis quidem
ratione status prohibita est. *Licita ne columbaria?* Licita
planè, nisi lege prohibeantur. *Quid de maris duitiis?* Lapilli
in maris littore sunt inuentoris. Derelicta etiam sunt primo
occupantis. Insulæ maris si in medio flumine natæ sint, com-
munes